Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad selm pat. uidi enim operationem diaboli &
fetorem eius. Cogitauerat autem & pater eius de hoc
ipso. & dicem ei. Si mansisses xl. dies & custodis
ses usq; in finem mandatum meum maiora haberes
Senex quidam sedebat in longinqua uidere.
heremo. qui habebat unam parentem. & desi de
rabat eum post multos annos uidere. & exqui
siuit in quo loco habitare. Et surrexit & uenit
in uia heremi illius. & inueniens camelarios
adiunxit se cum illis. & ingressa est heremum cum
eis. Hec enim trahebat ad diabolo. Que cum ue
nisset ad ianua senis. cepit signis seipsam indi
care dicens. Ego sum illa parens tua. Et man
sit apd illum. Erat autem alius monachus in in
feriori parte qui implebat sibi soriscula m
aque. & hora qua manducare uoluisset su
bito uersabat soriscula & fundebat aqua.
qui inspirante dno dixit ad semetipsum. Ingre
dior heremum. & dico hoc quod m euenit de
aqua seniorib. Et surgens abiit. & cum sero
factum esset. dormiuit in templo quod idolo
iuxta uia. & audiuit nocte demones dicentes
Ista nocte precipitauimus illum monachum in
fornicatione. Quod cum audisset contristatus